353

quinta qui fuit in ordine de
Francia electus Anno domini 1a
184 et sui temporis erat
tres pape. Iterum duplicavit
ea dicta indulgentia
Et dominus Eugenius papa
eius successor eodem modo
auxit easdem indulgentias
Ita etiam ea replicante fuit
Quantum ad tertium pertinens
simoniis dicitur hic Accipite
et manducate hoc est corpus
meum. Sibi sciendum etiam hic
sacrum comparatur cibo corporali
quemadmodum quia habet
cum eo Primo cibus corporalis
conservat vitam. Unde Aristoteles
1° ethicorum. Non possibile
est diu vivere sine cibo sic
et qui accipit sacrum spiritualem
conservat. Sibi perpendere
debemus quantum deus
diligit vitam nostram spiritualem
et quantum eam diligere tenemur
qui pro conservatione vite nostre
dedit se nobis. Unde est
quod plus diligit nos quam
mater suum puerum. Quia mater
dat puero suo suum lac. Iste
autem se totum. Sed Christus totum
se nobis dedit in hoc sacramento
unde Crisostomus Matres quoque
pueros aliis mulieribus
ad nutriendum sepe dant. Sed iste
carne propria et sanguine
proprio cibat et potat suos
omnes nos volens esse sic
sed ipsum. 2° conservat

R

sensum spiritualem sic cibus corporis
corporalem. Si enim aliquis
homo non comedit alienatur a sensu
unde Aristoteles. Cibus servat vitam
et sensum. Multi enim qui diu
abstinuerunt a cibo illo spirituali
vel ipsum non sumpserunt vel
non digne receperunt sensum spiritualem
perdiderunt. Unde sicut
est demens ille qui occidit
se ipsum et uxorem et pueros
Et eciam raptor fur et falsarius
qui ad mendacia vendit
et emit. Similiter et luxuriosus
qui se ipsum precipitat in foveam
peccati difficilem et profundissimam
Unde proverbiorum 23 profunda fo-
vea meretrix. Glossa inferni simi-
lis et odium aufferunt sensum
Unde dicitur in psalmo 36 gladius
eorum intrat in corda ipsorum
Glossa volentes alios occidere
in corde occidunt se ipsos immi-
nente [?] Similiter superbus
qui se hic exaltat ut in futuro
humilietur. Similiter ex quo tunc a cibo [?]
ex quo est quam ovis cum
ovile et sic palmes ab stipite [?]
avite et sic membrum divisum
a corpore. Tercio cibus corporalis
decorat corpus sic ille cibus
sacrum altaris decorat animam
immo centuplo facit animam
pulchriorem quam cibus corporalis
corpus. Quia facit eam similem
filio dei de quo pulchritudine
dicitur in psalmo 44 Speciosus
forma pre filiis hominum. Unde etiam